

Fridericus cardinalis archiepiscopus Gne:  
snensis, Alexandro regi Poloniae.

60

Serenissime princeps et domine germane,  
domineque gratiosissime. Pendente adhuc  
spe aliqua animum nostrum, et aliorum  
dominorum consiliariorum, confirmata novi:  
tas de casu infelici cesaris Zawollhensis  
per literas vestrae maiestatis, exacerbatum  
multum, et plurimo dolore affectum, considera:  
to tam magno periculo vestrae maiestatis  
et eius dominiorum, cui certe ex ipsis visce:  
ribus ut par est compatimur, et quatenus  
hic possumus intendimus omne nostrum  
studium atque operam impendere, ut huic  
male fortune, aliquo salutifero consilio et  
remedio provideatur. Jam enim emisimus  
sine ulla mora literas ad dominos consi:  
liarios, nuntiantes ea, quae nobis vestra  
maiestas descripsit, et subiude exquirentes  
eorum sententiam, qua ratione succurrendum  
esset rebus communibus tam lubrico loco  
constitutis, tum de congressu dominorum pro:  
pter adventum oratorum magni ducatus Li:  
thvanie et alias necessitates, descripsimus  
maiestatis vestrae voluntatem, et quam pri:  
mum intellexerimus quid de his sentiant,  
dato rebus ordine, significabimus vestrae mai:  
estati. Ad id vero quod scripsit nobis ve:

stra



stra maiestas de adventu nuntiorum Tartari  
Brekopski, audivimus pro certo eodem cum  
ea legatione venturos, ut omnino tractent  
cum vestra maiestate de pace incunda, fere  
his conditionibus, quibus vestra maiestas vo-  
luerit, quod fœdus ut eo citius sit. Hoc quo-  
que audivimus, quod idem Tartarus vellet  
proprium filium dare in obsidem vestra ma-  
iestati, sed etiam efficere vult, ut dux Mo-  
schovia desistat à bello, quoad conveniret  
de conditionibus prædictæ pacis, quod, etsi  
videatur valde ambiguum, cum nulla cau-  
sa succurrat, cur id ipse hostis, præsertim  
victor, et habens tam potentes socios belli,  
affectare debeat, nisi forte aliquo metu duc-  
retur adventus cesaris Nohaiski vindicaturi  
generi profligationem proditoriam, tamen si  
forte Dei benignitas eo modo aliquod sub-  
levamen rebus nostris afferret, atque ita  
ut dicitur, idem cesar Brekopski pacem  
optaret, videretur nobis, et fortasse non inuti-  
le esset, ut vestra maiestas eandem pacem  
non repudiaret, invento isthuc aliquo modo,  
quo id honeste et sine periculo graviori fieri  
posset, nam certe in tantis gravaminibus  
regnum constitutum, nulla alia via meli-  
us respirare posset, id quod profecto sum-  
me necessarium esse vestra maiestas opti-  
me sentit et intelligit, ut et domini per  
dominum Bochotnicki nuntiaverunt. Verum

ut



1502.

Ex Camp. Regni.

ut discimus, de his omnibus quid putent a:  
 lii consiliarij faciendum, non negligemus si:  
 gnificare vestre maiestati, sed etiam adni:  
 temur ut id propere fiat, quod consulent  
 agendum, vestra autem maiestas de hac  
 quoque re et aliis, dignetur nos reddere cari:  
 tiore, ut hactenus fecit, quam dominus  
 Deus valere feliciter faciat, et fortunet  
 in omnibus. Commendamus nos humiliter  
 eidem vestre maiestati. Datum 1502.

*[Faint, mostly illegible text in a smaller hand, likely a continuation or related document.]*

*[Faint signature or scribble at the bottom right of the page.]*



Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written in a dark ink on aged, slightly yellowed paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of paragraphs. The handwriting is characteristic of the 17th or 18th century. The text is written in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written in a dark ink on aged, slightly yellowed paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of paragraphs. The handwriting is characteristic of the 17th or 18th century. The text is written in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written in a dark ink on aged, slightly yellowed paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of paragraphs. The handwriting is characteristic of the 17th or 18th century.